Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



post laborem exercitii receptione perficitur,
quia nimirum tabernaculum moysi cum populo dei in uia
adhuc positum quam ad terrae repromissionis pergebat
condidit; Salomon autem templum ipsa iam terra
repromissionis & regno in ea posito construxit,
Moysi tabernaculum in solitudine. Salomon templum
in hierusalem. quae interpretatur uisio pacis;
quo hic quidem ecclesia in labore & erumna uitae laborantis
in sita & esuriens regni perennis aedificatur; Illic
autem in uisione ac perceptione uerae pacis consumma
tur; Unde bene in templi constructione dictum est,
quod malleus & securis & omne ferramentum non sunt
audita in eo cum aedificaretur; praeceperatque extra
hierusalem cunctis lapidibus; aliquis atque inpositione
ordinis sui decenter aptaesse, quae ibi facillime
atque indubitanter suo quaeque loco reddita aut
coemento nectuntur aut clauis; quia uidelicet
in pace superne beatitudinis non tribulationibus
nostra examinanda fides aut iusta probanda; sed
quae in presenti iam recto castigata & caelestibus erat
sedibus regulariter aptata. Ibi glutine & uinculis
mutuis cartaeque ne perpetuo dissolui queat. In con
spectu dei sui conditoris ac regis ad inuicem copu
landa. nisi cum in hac iusta multitudinis credentium